



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiae Venusinae, ac deinde Aesinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ  
formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum  
requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, &  
ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea,  
plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

De suspensione contenta in c. 17. sess. 25. de Regular. Concil. Trid.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

De suspensione contenta in c. 17. sess. 25. de regular. Concil. Trident.

## S U S P. II.

## S U M M A R I U M.

- 1 Abbatissa tenetur certiorare Episcopum per mensem antè de professione emittenda Novitiæ, alias suspensionem ab officio incurrit, quamvis sit exempta, & aliis pœnis puniri potest. Abbatissa, quæ consensum præstat de positis dotium fidei, suspendi potest ab officio ibi. Episcopus ex causa, potest pœnas canonum augere ibi.
- 2 Certioratio debet fieri Episcopo, non autem ejus Vicario, nisi sit absens, vel hoc ignoranter fiat & n. 3. Vicarius generalis Episcopi, non potest explorare voluntatem Puellarum, quæ ad habitum, vel professionem admittuntur, nisi Episcopo impedito vel absente ibid.
- 3 Vicarius non potest explorare ea, quæ sunt commissa Ordinario per nomen appellativum Episcopi.
- 4 Electio Abbatissæ tempore Sedis vacantis, notificanda est Vicario Capituli.
- 5 Vicarius Capituli longe excellit Vicarium Episcopi.

## ADNOTATIONES.

- 1 Abbatissa, sive Priorissa, sive Præfecta Monasterii Monialium, tenetur per mensem antè certiosem facere Episcopum, de professione emittenda à Novitiis; quod sit non fecerit, quamdiù Episcopo videbitur suspensionem ab officio incurrit, & ex dispositione Concilii in d. c. 17. Quare ad officium ordinari pertinet de hoc admonere, non solum Abbatissas Monasteriorum sibi subjectorum, sed etiam exemptorum; & Regularibus subjectorum, prout monui p. 2. tit. 13. ad form. 5. quæ si sua monita spernerent, & Vir-

gines ad habitum, & Novitias ad professionem admitterent eo non certiorato, censuris, & aliis juris remediis, non tantum Abbatissas exemptas; sed & eorum Superiores posset coercere, non obstantibus exemptionibus, & privilegiis, Barb. in sum. decis. Apostolic. collect. 5. num. 23. Gallemart. collect. in Concil. in d. c. 28. sess. 25. de regular. num. 10. circa fin. & probant Decreta à me d. par. 2. loco citato num. 11. allegata. Hanc suspensionem (inhærendo Decretis generalibus S. Cong. Episc. & regul. quæ prohibent in receptione Novitiæ ad habitum, fieri depositum Dotis verbale, seu confessionatum) posset Episcopus extendere ad Abbatissas, quæ scienter præstant præsentiam, & consensum hujusmodi depositis fictis, non realibus, & effectivis, c. fin. de transact. potest enim Episcopus canonem adjuvando, pœnam adjungere glos. in clem. ne Romani de elect. Fagn. in c. irrefragabili §. Cæterum num. 11. de offic. ordin. Decreta autem id prohibentia referuntur à Nicol. in Flosc. in verb. depositum.

Quid si Abbatissæ, & Superiorissæ 2. exemptæ, non Episcopum in Diœcesi præsentem, sed ejus Vicarium generalem certiorarent, nunquid Concilio satisfacerent? Et videtur dicendum, quod non: quia Concilium Episcopum nominatim; non autem Ordinarium expressit & per hoc videtur in exploratione voluntatis professoræ illius industriam elegisse, & ideò Vicarius Generalis nec cum speciali mandato potest explorationem voluntatis Puellæ habitum regularem suscipere aut professionem emittere volentis facere nisi Episcopo impedito, vel absente, ut jam pluribus auctoritatibus allegatis probavi p. 1. tit. ad form. 1. n. 46. quibus nunc addo Barb. alleg. 54. n. 88. & alleg. 100. n. 8. Pelizar. de monial. c. 3. num. 2. Ventrigl. in prax. p. 2. adnot. 14. §. 1. num. 53. quidquid dicat sine auctoritate in contrarium Ciardin. contr. 194. num. 10. & 20.

Imò etsi Vicarius veniat appellatione 3 Ordinarii: non tamen potest explorare ea, quæ non veniunt sub generali mandato, sed indigent speciali, ut dixit Rot. coram Coccin. decis. 608. n. 3. & sic multò minùs poterit exequi ea sine mandato, quæ

R 3 com.

commiffa sunt Ordinario per nomen appellativum *Episcopi*, ut advertit *Biff. bterurg. lit. R. n. 63. §. 2.* Fateor tamen, quod si *Abbatiffa*, five Superior exemptus hoc non faceret de industria, fed ex ignorantia, & bona fide, fine dolo, & fraude, effent excufandi: ficut fi *Epifcopus* effet extra *Diacefim*; non folum poffent, fed tenerentur denunciare electionem *Abbatiffae Vic. Generalis*, *Pafqualig. ad contr. de Franc. par. 1. num. 728. in fin. Pafferin. de elect. c. 40. num. 15.* ubi ampliatur hoc faciendum effe, etiam tempore *Sedis vacantis*, & *Vicario Capituli* notificandam, quia longè excellit *Vicarium Epifcopi*, *Graff. decif. aur. p. 2. additam ad p. 2. c. 10. n. 5. Card. de Luc. de canonic. difc. 33. num. 6.*

De fufpensione contenta in *Clem. 1. de reb. Ecclef. non alien.*

## S U S P. III.

## S U M M A R I U M.

- 1 *Abbatiffa concedens alicui ad tempus jura, vel bona Monafterii, fufpensionem ab officio incurrit eo ipfo, nifi neceffitas illam excuset.*
- 2 *Sufpenfus ab officio à jure, intelligitur fufpenfus non tantum ob officio ordinis, fed etiam jurisdictionis.*

## ADNOTATIONES.

**A**bbatiffa, five *Praelata Monafterii* *Monialium* concedens alicui ad vitam, feu ad certum tempus jura, vel bona *Monafterii*, præter pœnas extravag. *Arbitiofae*, vigore hujus *Clementinae*, fufpensionem ab officio, ipfo facto incurrit; nifi neceffitas, aut evidens utilitas *Monafterii*, & confenfus *Capituli Monialium* eam excufaret. Nam licet *Clementina* loquatur de *Religiosis viris*, tamen cum prohibitio fit generalis *ibi -- ne quis Religiofus*: comprehendunt, tam *Superiores mares*, quàm *femine*, per ea, quæ jam diximus fuprà, præfertim cum materia, quæ fub tali pœna prohibetur, fit communis etiam *Monialibus*, & ne refpectu *femine*

cenfura fufpensionis ab officio in *Clementina* inflicta fit inutilis, debet nomine officii intelligi non tantum officium ordinis (quod non potest in ea cadere) quàm *jurisdictionis*, ut tradunt *Bonac. de fufpenf. difp. 3. pun. 5. §. 4. n. 5. & tom. 3. de fufp. in particul. difp. 3. qu. 4. pun. 15. n. 8. Pelizar. de monial. c. 8. q. 29. n. 37.*

De fufpensione contenta in cap. non folum, & cap. constitutionem de regular. in 6.

## S U S P. IV.

## S U M M A R I U M.

- 1 *Regulares mendicantes, tam mares, quàm femine, admittentes aliquem ad profefionem antè completum annum probationis, à receptione aliorum funt ipfo jure fufpenfi, & nu. 2.*
- 3 *Concilium Trid. pœnas à jure statutas non tollit.*  
*Epifcopus Moniales in hanc fufpensionem incurfas abfolvit ibid.*
- 4 *Præcedentia inter Moniales, quomodo fit regulanda, oftenditur.*

## ADNOTATIONES.

**R**egulares mendicantes, qui aliquem antè completum annum probationis ad profefionem recipiunt, a receptione profefionis aliorum funt ipfo jure fufpenfi, aliis pœnis puniendi, prout ftatuitur in *d. c. non folum*: *Constitutio* extenta ad omnes ordines mendicantes in *d. c. constitutionem*, comprehendit etiam *Moniales*, ut volunt *Bonacin. de fufp. in particul. difp. 3. quæft. 8. punct. 5. n. 13. Pelizar. d. cap. 8. num. 38.* Quare fi *moniales* horum ordinum aliquam *Novitiam* antè annum completum probationis fcienter ad profefionem reciperent, tam *Capitulum*, quàm omnes *Moniales particulares*, ipfo facto a receptione aliarum *Mulierum* ad profefionem effent fufpenfa; & fi factum effet præfumptuofum, poffent, imò deberent aliqua alia pœna puniri, ut in textu difponitur *ibi -- quo fi forte contra hanc noftam prohibitionem quemquam recipere præ-*